

Alte Drucke

Postillae Sive Conciones ... In Epist. & Euang. de Sanctis ... memoria

POSTILLÆ SI-||VE CONCIONES REVE-||REND. D. IOANNIS FERI, || Metropolitanæ
Moguntinæ Con-||cionatoris absolutiss. || In Epist. & Euang. de Sanctis, quorum
à Festo || Pascæ vsque ad Aduentum in ...

Wild, Johann

Antverpiae, 1559

IN DIE SANCTI MICHAELIS ARCHANGELI, EVANGelium. Matthaei. 18.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150413

gratiam suam in nobis magnificauit. Hoc agamus, vt firmi in ea qua vocati sumus vocatione perstemus, nec indignos nos ea gratia, propria culpa reddamus, verū semper cum Matthæo ipsi acclamamus: Sanctus, sanctus, sanctus omnipotens qui erat, qui est, & qui venit. Hoc præstare, hanc esset festiuitatem piè celebrare, eoq̃ue modo Pharisæorum murmura & aliorum quibus hæc festiuitates minus placent, risus non modò nihil obessent, sed & prodesse plurimum. Gratia Dei nobiscum.

IN DIE SANCTI MICHAELIS ARCHANGELI, EVANGELIUM. Matthæi. 18.

IN illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicētes: Quis putas maior est in regno cœlorum? Et aduocās Iesus paruulum, statuit eum in medio eorū & dixit: Amen dico vobis, nisi cōuerſi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cœlorum. Et qui susceperit vñ paruulum talem in nomine meo, me suscepit. Qui autē scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credūt, expedit ei, vt suspēdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo ab scādalis. Neceſse est enim vt veniant scandala. Verū tamen væ homini per quem scandalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proijce abs te. Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem, vel claudum: quàm duas manus, vel duos pedes habentē, mitti in ignē æternum. Et si oculus tuus scādalizat te, erue eum, & pro-

& proijce abs te, Bonum tibi est, vnum oculum habentem in vitā intrare, quā duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Vide te ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis, quia angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est.

EODEM FESTO EPI-

stola. Apocal. 12.

ET factū est praeliū magnū in cœlo. Michaël & angeli eius praeliabantur cū dracone, & draco pugnabat, & angeli eius, & nō valuerunt, neq. locus inuētus est eorū amplius in cœlo. Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocabatur Diabolus & Satanas, qui seducit vniuersum orbem, & proiectus est in terram, & angeli eius cum illo missi sunt. Et audiui vocem magnā in cœlo dicentem: Nunc facta est salus, & virtus, & regnū Dei nostri, & potestas Christi eius: quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illum ante conspectum Dei nostri die ac nocte: & ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni, & propter verbum testimonij sui: & non dilexerunt animas suas ad mortem. Propterea latamini cœli, & qui habitatis in eis.

SERMO VNICVS.

Presens festiuitas non modò per se pia, verum etiam plena consolationis est, eoq; maiori deuotione celebranda. Vtiq; pias mentes decet in multis ac magnis DEI beneficijs, illa etiam vel semel toto anno meditari, quæ per Angelos suos nobis deservit, atque propto.

Imò verò quam non creaturam hominis vñbus Deus formauit atque ordinauit, in cœlo & in terra? Et hæc licet sciamus, ipsi tamen non adhæremus, ab ipso desestimimus. Et quid præterea facere nobis debuit? Cum nihil essemus, ipse creauit nos: simulque nobiscum, ante nos, quæ necessaria nobis sunt, fecit: postea verò propria voluntate deperditos, & desperatos redemit nos & reparauit. Insuper ea securitate munuit, vt, si voluerimus, liceat esse tutis, & quidem sine difficultate. Contra hominum enim impiorum incurfus, *Secularis Magistratus* gladij auxilium dedit: Contra peccati insultus, Spiritualem potestatem contulit: Contra inuisibiles hostes, nepe diabolos, inuisibilem Angelorum tutelâ proposuit. Vnde rectè ad Deum pijs licebit exclamare: Ad te domine leuauit oculos meos, qui habitas in cœlis. Auxilium meum à domino qui fecit cœlum & terram. Tū & confiteri in tribulatione positum fratrē consolabitur: Nō dormitabit neq; dormiet qui custodit Israël. Dominus custodiat te, dominus protectio tua, super manum dexteram tuā. Per diē sol non uret te, neq; luna per noctē. Dominus custodiat te, ab omni malo custodiat animam tuā dominus: dñs custodiat introitum tuū & exitum tuū & hoc nunc & vsque in seculum. Ecce hanc consolationem hodierna festiuitas confert. Hæc nostra erit meditatio, vt Deo pro magna sua dilectione atqui cura gratias agamus ipsum pro gratia sua prædicemus: Angelos eijs denique pro indefesso ac fido ministerio veneremur. Nūc ergo quisque suum angelum appellet, ipsumque colat, nec aliquem diem, qua ipsum non precetur, aut gratias agat, Iacob patriacham sequatur, qui tota nocte cum angelo luctabatur. Quæ sanè colluctatio nil aliud præter fletum, & orationem erat: Osee teste. Non Gene. 32. te dimittam nisi benedixeris mihi. Ante omnia autem, ne hæc Dei auxilia amittamus, caueamus. Qui enim pijs bonos angelos deputat, idem impijs malos præponere potest, sicut scriptū est: Misit in eos iram indignationis sue indignationem, & iram, & tribulationem, immisionem per angelos malos. Sic etiam de Saul dicitur: Spiritus domini recessit à Saul, & exagitabat eum Spiritus nequam à domino. Caueamus ergo ne sanctos à nobis

Gg

expella-

Psal. 77.

1. Re. 16.

Expellimus

Angelini ben

Babylone (dicitur
sunt angelus)
vultumque et ad
est sancta, de
iniquum, et
etiam dicitur
in terra sunt

Hier. 51

expellamus autem, quando cōtrario modo aduersus ip-
sos vi-uimūs. Manent autem cum quæ ipsi diligunt, ama-
mus. Similitudo enim affectuū causa dilectionis est. Sūt
ergo in sua natura angeli puri atque casti: humiles obe-
dientesque erga Deum: benigni in homines. Et tu pu-
ritatem castitatemque vitæ apprehēde, humilitatem atq;
obedientiam sectare, maxime proximi benignitatem a-
moremque indue, non modo vt ei beneficia prestes,
verū etiam vt eum à scandalo & ira cōserues, sic bo-
nis Angelis tecum esse voluptas erit. Hæc sunt, quæ ho-
diernum exigit Euangelium, in quo Christus paruulo-
rum exemplo ad puritatem vitæque innocentiam, tum
humilitatem simplicitatemque vocat: deinde etiam ad
dilectionem incitat, tandem verò minis à scandalo de-
terret. Hæc hodie & cogitāda & faciēda sunt. Ideo enim
hoc Euangelium de Angelis legitur, quod si cōtrarium
fecerimus, non iam angelici sed dæmoniaci sumus ma-
li. Id quod ipse angelorum Deus à nobis auertat, Amen.

IN DIE APOSTLO-
RVM SIMONIS ET IVDÆ
Euangelium. Ioan. 15.

HÆc mādō vobis, vt diligatis inuicem.
Si mundus vos odio, scitote quia me
priorem vobis odio habuit. Si de mū-
do fuissetis, mundus quōd suum erat diligeret.
Quia verò de mundo nō estis, sed ego elegi vos
de mundo, propterea odit vos mundus Memē-
tote sermonis mei, quē ego dixi vobis: Non est
seru⁹ maior Domino suo. Si me persecuti sunt,
& vos persequuntur. Si sermonem meum seru-
auerunt, & vestrum seruabunt. Sed hæc omnia
facient vobis propter nomen meum, quia ne-
sciunt eum qui misit me. Si non venissem & lo-
cutus fuisset eius, peccatum nō haberēt. Nūc
au-